

43

J. A:
DISSERTATIUNCULA
*Locis APOCALYPSEOS I. II. XXI. 6. & XXII. 13.
ubi CHRISTUS A. n̄gj Ω. vocatur,*

ACTUM DECLAMATORIUM,
eumque
SALUTIFERAE CHRISTI
NATIVITATI
Sacrum,
&
24. d. XXVI. Januarii circa horam VIII.
matutinam
In Novo SCHOLAE REICHENBACENSIS
Auditorio publicè habendum,
indicit,
omneisq; ac singulos,
queis Musae, imprimis nostrae, curae sunt,
decenter invitat
JO. FRIDERICUS HEKELIUS,
RECTOR.

CTGNEAE
ap. SAMUEL. EBELIUM.



JESUS!



Eteribus solenne fuisse, à Jovis

invocatione principium cujusq; rei sumere, instar omnium est testis praesentissimus P. Virgilius Maro, qvem Poëtarum Latinorum Principem Musarum Antesignani optimô jure nuncupant, qvandò canit hunc in modum:

(a) *Ab JOVE principium Musae.* - -

In qvô Poëta ex Adriani Turnebi, (β) Grammatici laboriosissimi, aliorumq; sententiâ, præter Theocritum Syracusanum, exordium ΕΙΔΤΛΙΟΥ ΔΠΙΙ, notissimô PTOLEMAEI nomine studiose insigniti, his verbis exornantem:

Ἐν Διὸς δέχωμεθα, καὶ εἰς Δία λήγετε Μοῖσα, h. c. Eobanō Hessō, Poëtā felicissimō, appositè interpretante, (γ)

Ab JOVE principium Musae, Jovis ultima Musae

Sit ratio; - - - - -

Aratum Solensem imprimis imitatus est, qui PHAENOMENA sua à JOVE ter Opt. Max. qvem cætera Numinia, qvòd juvet vitam omnium, timere fingebantur, ita est exorsus:

Ἐν Διὸς δέχωμεθα, τὸν ἀδέποντα ἄνδρες ἐῶμεν
Ἄρρητον μετὰ δὲ Διὸς πᾶσαν μὲν αἰγνιάτην,
Πᾶσαν δὲ αὐθεώπων αἰγοράκην, μετηγένθεται ταῖλασα,
Καὶ λιμένες πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.
Τῆς γοῦν γένος εσμένει,

(α) Eclog. III. v. 60. Conf. Lib XI. Aeneid. v. 301.

(β) Lib. XXIX. Adversar. c. XXV. col. II 28. Edition. Gariniano-Basileensis in fol.

(γ) In Editione, quæ Francof. Petri Brubacchii litteris Ad. M. D. XLV. in form. 8v. prædiit. In Annotationibus autem, quæ idem HESSUS in Virgil. Eclog III. Vers. LX. concinnavit, Litt. B. 3. fac. a. Edition. Jucundino-Argentinensis hic Versus ad verbum ita est redditus:

Ab JOVE suscipere, inq; JOVEM concludere Musae.

Quac

Quae verba Petrus Ramus (d) quam felicissime hoc expressit modo:

*Ab JOVE incipiamus, hunc neq; unquam viri omittimus
Indictum: plenaे verò Jovis omnes quidem viae,
Omnes verò hominum conventus, plenum & mare,
Et prata: ubiq; autem JOVE utimur omnes.
Hujus enim genus sumus.*

Quod & probat Eloquentiae litterarumq; amoeniorum Parens ille, M. Tullius Cicero, (e) in verba haec erumpens: Primum, quod in tantâ dimicazione capitii, famae, fortunarumq; omnium fieri necesse est, ab JOVE OPT. MAX. certisq; Diis Deabusq; immortalibus, qvorum ope & auxiliò multò magis haec Respublica, quam ratione hominum & consilio gubernatur, pacem ac veniam peto, precorq; ab iis, ut hodiernum diem & ad hujus salutem conservandam, & ad Remp. constituendam illuxisse patientur. Ego, qui, divinô sic disponente Numine, Palaestram Oratorium nunc primâ vice hoc in loco aperio, non à JOVE fabulosō, qui mortali etiamnūm saepè manu fit, sed naturali potius, hoc est, verò ac Triunō DEO, cuius munificentia in exhibendâ gratiâ proflus singularis est, meritò exordior, ut ad finem optatissimum res mea perducatur. Et haec est causa, cur locos illos Apocalypticos, ubi CHRISTUS αὐτὸς Ω, hoc est, ὁ πρωτότοκος ὁ ἔχατος, (ζ) ingeniosè dicitur, pro parte virili jam sum perlustratus. Induit autem DOMINUS, Jo. Pierio Valerianō (η) (praecuntibus fortè aliis) scribente, sibi has duas Graecas litteras, primam scilicet & ultimam, initii & finis concurrentium in se figuras, ut, quemadmodum A. ad Ω. replicatur, ita ostenderet in se esse & initii decursum ad finem, & finis recursum ad initium, ut omnis dispositio in Ω. definens, per quem coepit sunt, per verbum scilicet DEI, quia Caro factum est, preindè definat, quemadmodum & coepit, & à DEO in CHRISTO omnia revocarentur ad initium. Agnovit id jam olim quoq;

B. Ful-

(d) In Praelectionib. ad Praedict. Maronis Loc. p. 65. Edition. IVtae.

(e) Orat. pro Rabiriō, quae habetur Tom. II. Oper. col. 434. num. A. B. Edition. Gorhofrediano-Genevensis, Ad. M. DC. XLVI. in 4t. maj. impr.

(ζ) De quo, praeter C. Cornelii à Lapide Commentarium in praedict. loc. p. 22. & videndi sunt Def. Erasmus Roterod. Chil. I. Cent. I. Adag. VIII. p. 23. col. a. Edition. Colon. Jacobus Rampius Biblioth. Portatilis Pract. Loc. XIII. Num. VII. S. I. p. 193. col. a. ut & Jo. Henr. Ursinus Vol. I. Lib. I. Analect. IV. p. 4. Simili sensu Ebraei בְּרֹא pro principio & principiō, & בְּנֹה pro ultimō & fine ponere solent, sicuti reperitur quoq; in בְּנֹה Libro omnium Rabbinicorum antiquissimō, & in בְּנֹה, Libro pervetus.

(η) Lib. XLVII. Hierogl. c. 34. p. 600. num. D. Edition. Coloniensis.

B. Fulgentius, (8) doctor ille veteris Ecclesiae Christianae excellenter fulgens, cùm ista pronunciaret: *Veritas Catholicae atq; Apostolicae fidei CHRISTUM præterea FINEM nominat, qvia non solum in illâ substantiâ, qvâ natus est naturaliter sempiternus ex Patre, sed etiam in eâ, qvam in tempore sumvit ex matre, credit sine fine perpetuum, qvoniam in divinâ, qvam habet, substantiâ Genitoris semper afferit coaeternum.* Non autem ambigitur, verô principiô nihil anterius, verô fine nihil posterius inveniri. Principium igitur CHRISTUS, qvia sempiternus omnia praecedit. Finis CHRISTUS, qvia perpetuus universa concludit. Principium CHRISTUS, qvia ipse inchoavit perficienda: Finis CHRISTUS, qvi ipse perficit inchoata. Principium CHRISTUS, qvoniam ab ipso habent, qvae non fuerunt, ut sint: Finis CHRISTUS, qvoniam ab ipso habent qvaedam, qvas esse cooperunt, ut semper sint. (i) Audiamus & Clementem Alexandrinum, (u) magnificè de hâc re ita praedicantem: *Οὐαὶ τῷ ΘΕΟΤ κύνλος (οὐαὶ τῷ διωμένῳ εἰς ἐν εἰλημένων. Διατάχτο Ἄλφα καὶ οἱ λόγοι εἰρεται, ὃ μόνος τὸ τέλος δέχεται, καὶ πλοῦτος τὸλιν ὅπι τῷ ἀνωθεν δέχεται, γδαμοὺς διάστοιν λαβών, h. e. Daniele Heinsio, qvem Joannes Seldenus, (λ) Virum summum appellat, doctissimè explicante, Filius DEI est idem circulus omnium Potestatum, qvae in unum circumvolvuntur & uniuntur. Et ideo Verbum dictum est Alpha & Ω, cuius solius finis fit principium, & rursus definit in id, qod est desuper principium, nusquam distantiam accipiens & dimensionem. Ideoq; notatu observatuq; dignissimum est, qvandò Rodolfus Goclenius, (u) Philosophus subtilissimus, insit, qvòd ο apud Graecos non sit Vocalis composita, h. e. ex duobus ο parvis, ut partibus, constans, sed potius unus tractus temporibus duobus indivisibilis. Sic Princeps ille ingenii & eloquentiae, Plato, (v) cuius ore Jupiter, si voluisset Graecè loqui, omnino suisset usus, DEO suo fictitio tūm initium, tūm finem, tūm medium qvoq; omnium rerum attribuit his verbis: Οὐαὶ Δῆ Θεὸς (ώσπερ καὶ ο ταλαος λόγοι)*

(9) Lib. II. ad Transmundum Reg. qvem juxta sic nuncupatae Haeresiologiae, Basili. Ad. M. D. LVI. litteris Petri in fol. excusae, Editionem, cui p. 63. hic locus est inseritus, hec allegare lubnit.

(i) Leg. Daniel. Feffelii, Theologorum atq; Philologorum, cùm viveret, haud postremi, Lib. IX. Advers. Sacr. c. I. §. I. Tom. II. p. 342. & Jo. Baptista Casalis Cap. II. elegantissima de Veteribus sacris Christianor. Rituib. Explanationis p. 15. num. C. Romae ap. Berardinum Tatum Ad. M. DC. XLVII. in fol. impr.

(x) Lib. IV. Stromat. p. 391. num. D. lin. 40. seqq. Edition. Heinsiana.

(λ) Lib. I. de Synedris & Praefecturis Juridicis Veter. Ebraeor. c. 8. p. 254. Edition. Londinensis.

(u) Lib. I. Problematis Grammatic. XI. p. 12. Edition. Paltheniano-Francof.

(v) Lib. IV. de Legib. p. 831. Num. E. Moeno-Francof. ap. Aubro Ad. M. DC. II. in fol. edit.

λόγῳ δέχνεται, καὶ πλούτῳ, καὶ μέση τῶν ὄντων αἴποινται οὐχι. Quae Marsilius Ficinus sic est interpretatus: DEUS, ὁ Βίρος, sicut antiquus quoque sermo testatur, principium, finem & medium rerum omnium continens. Alioquin per τὸ Ἄλφαν Phoenices, Litterarum inventores, (ξ) aequaliter, ac Ebraei per τὸ Λαβ, (σ) quod ante mundum creditur esse conditum, BOVEM indigitārunt, hancq; Litteram in Alphabetō principem esse hanc ob causam (π) existimārunt, quod primum in armentō taurus locum obtineat, seu, quia ex Andreae Helvigii sententiā (ε) primus locus res inter necessarias Bovi debeatur. Verū n. verò lepidissimum illud Batavorum caput, Heinsius, (σ) cuius urnam sanctiores Musae adhuc sanctam atq; impollutam servant, stomachabundus quasi verba haec emittere videtur: *Quasi nunquam primum asinus locum obtineat.* Moris enim erat, ut, quemadmodū Astrologi, denuò scribente Heinsio, (τ) sideribus in coelō: ita Grammaticorum antiquissimi in Oriente litteris nomina ab animalibus notisq; rebus desumpta, singulari ratione saepissimè adhibitā, imponerent. Quod autem Aegyptii, virorum sagacissimi, Ibin, avem illam Ciconiae non assimilem, signum Litterae primae fecerint, improbat Plutarchus, (υ) illustrissimus Antiquitatum utriusq; Gentis Phoebus ille, quandò scribit: Αἰγύπτιοι τῷ γεγονάτῳ πρώτον Ἰβῖν γεγίρθουν, ὡς Ἐρμεῖ πρεστήσανται, σὸν ὄρδων ναζά γε τῷ εὐλώ

(ξ) Phoenices, quos Q. Curtius Rufus Lib. IV. de Reb. Gest. Alex. M. c. 4o p. 122. Editione Loccenianae TITROS vocat, & inter eos Cadmum imprimis, qui & Lapidinam primus invenit, & in monte Pangaeo auri metalla excogitavit, Graecarum litterarum inventores fuisse, Clemens Alexandrinus Lib. I. Stromat. p. 225. num. A. lin. 2. seq. ut & Pomp. Melas Lib. I. Cosmogr. c. 12. p. 165. Edition. Singriani-Basil. in fol. & ex hoc Georgius Herminus Lib. II. Histor. Philosoph. c. 6. p. 86. narrant.

(σ) Ab hōc enim Graeci suum ALPHA mutuati sunt, ut testis est Anton. Rodolfus Cevallensis in Rudimentis Ebr. Linguae Tract. I. c. 1. p. 1. Alii à Chaldaicā voce נְאָלָה, Primum, Primarium, Praecipuum ac Principem designante, ALPHA originem suam ducere arbitrantur.

(π) Aliam, eamq; multè probabiliorem, rationem suppeditat nobis Plutarchus Chaeronensis Lib. IX. Symposiac. Quesit. III. p. 737. seq. Francof. ap. Aubrios Ad. M. DC. XX. in fol. regal. exc. & ex eō Carolus Paschalis Lib. VI. Coron. c. 23. p. 422. Edition. Parisiens.

(ε) Quae videre est in Originib. Diction. Germanicar. suar. p. 109.
(σ) In laude ASINI, quam Senatus Populoq; eorum, q; ei ignari omnium scientias hōc tempore contemnunt, sacratam esse voluit p. 223. Edition. 3tiae, quae cum aliis festivis Opusculis ex Officina Elzeviriana Lugd. Batav. Ad. M. DC. XXIX. in form. 20. prodiit. Sed ejusdem Elzevirii Editio, quae Ad. M. DC. XXIII. in 4t. f. est impressa, ita legit: *Quasi nunquam primum (locum) invenitur ASINUS.*

(τ) Loc. cit. utriusq; Edition.

(υ) Loc. ad Netul. (π) cito p. 738. num. E.

ἀπέντε δόξαν, αἰνιγμάτων καὶ ἀφεγγάλων προεδρίαν ἔχειν μαστίν τούτην. Quae verba
juxta Guillielmi Xylandri Versionem sic sonant: *Ibin Aegyptii signum primae fa-*
ciunt Litterae: non recte, meō quidem judiciō, muto vocisq; experti animali primum locum
in litteris deferentes. Sic τὸ majusculum extat in voce Α. I. Chron. I, 1.
ut, *Jo. Buxtorfiō, P. (Φ) non temerē observante, esset instar memoriae primi*
& unici hominis, undē generis humani primordia ducere, ejusq; Historiam
pertexere ibi autor statuebat. Immò per quatuor litteras vocis Latinac A-
DAM quatuor terrae Partes, Graecis appellationibus, quae sunt Αὐαγλὴ, Δύσις,
Ἄρειος ή Μεσημβρία, insignitas, Eruditorum plurimi sunt demonstraturi. Et
quoniam Romani per Graecorum A, quod Cicero (χ) SALUTAREM vocat Lit-
teram, signum *absolutionis* (ψ) priscō dabant tempore, illud omnino esse potest
absolutissima Nota istius ab aeternā morte *absolutionis* atq; *liberationis*,
quam CHRISTUS JESUS, qui A. η Ω, acerbissimā passione ac morte suā
ex gratiā nobis acquisivit. Proinde, Nicolaüs Reusnerō, (ω) JCtō ac Poëtā praec-
stantissimō, piē fingente,

Prima rudimenti supremag; littera Graeci

Soli sit laus & gratia, CHRISTE, Tibi.

Imprimis a. hōc tempore, quod honoribus JESULI recens-nati adhuc sacrum
habemus, A. η Ω, h. e. illi, qui exordium ac finis aeternae nostrae salutis est, &
à quō omnia bona atq; salutaria, velut à fonte, proficiscuntur, & ad cunctem
omnia bona atq; salutaria, tanquam ad felicitatis portum, referuntur, divina
laus dicanda est. Tanta enim beneficia Pusio ille amabilis mirificā atq; salutiferā

Nati-

(Φ) In Tiberiade, s. Comment. Majoresbico, c. XIV. p. 154. Basilea. Ad. M. DC. XX, in 4t.
form. impr.

(χ) Orat. pro Milone, quae habetur Tom. II. Oper. col. 769, num. B. Contrā Graecorum Θ
& Κ. aequē, ac Latinorum C, eidem Ciceroni tristis audiunt litterae, quod Condemna-
tionis ac Mortis erant Symbolum. Conf. Alexandri ab Alex. Lib. III. Gen. Dier. c. 5.
p. 119. Edition. Cervicorniano-Coloniensis in fol. Barnab. Brissonii Lib. V. de Formul.
p. 480. Francof. Ad. M. D. XCII. in 4t. maj. ed. Petri Diaconi Praefatio de Notis
Litterar. more Romano ad CONRADUM I. Imp. Rom. quae inter Autores L. L. hab.
ap. Dionys. Gorhofr. col. 1498. ap. El. Putschium verò col. 1581. atq; Erasmi Chil. IV.
Cent. X. Adag. LXXXV. p. 852.

(ψ) Leg. praeter Alexandri ab Alex. atq; Brissonii loca jam citata, etiam Sertorii Ursati
Commentar. de Notis Romanor. pag. I. col. 1. Paravisi. Ad. M. DC. LXXII. in fol.
impr.

(ω) Aenigm. ult. ad Hieronym. Arconatum datō, quod Lauferbachianus subnexum habet
in Aenigmatographiā Francof. M. DC. II. exc. p. 84.

Nativitate suâ in nos collocavit, ut & Seraphinorum linguae ea effari dignè nequeant. Ne autem prorsus clingues & tantorum beneficiorum planè immenses esse videamur, quidam ex nostratum Adolescentium coetu crastinâ luce ab horâ VIIIya ad Xiam fermè matutinam bonô, quod spero, omne in Virorum eruditorum conspectum jussu meô prodibunt, & Sopitatem nostrum recens-natum, quanrum qvidem ferre illorum valeant humeri, praedicabunt; sed hòc modò atq; conveniente ordine, ut PAULUS STARKIUS, Lengenfeldâ Variscus, qui PROLOGI vicem sustinebit, ex Jesai LXII, 11. gaudium genethliacum memoriter intimaturus faventiam exoraverit. Deinde surget & rostra conscenderet JO. CASP. Maurer/ Altenburgensis Misnicus, ORATILUNCULAM, quâ CHRISTUM in Praesepi jacentem, h. c. verè incarnatum, juxta Versum tristissimum:

*Quis? Quid? Ubi? Quibus auxiliis? Cur? Quomodo?
Quando?*

praesentabit, recitaturus. Porrò GOTTFRIED Wolf/ Nostras, CHRISTOPHORUS LUDOVICI, Neagorensis Variscus, & DANIEL DOEHLERUS, Reichenbacensis, CHRIIS, quas ad idem Argumentum applicatas ex Psal. XXXVIII, 10. Cant. I, 3. & Psal. LXXI, 5. conscripserunt, CUNAS CHRISTI exornabunt. His è vestigiò aderunt à latere JO. CHRISTIAN Knöpfer/ Waldkirchensis, PAULUS HEIFEL, Reichenbacensis, GOTTFRIED Arzt/ Mylenis, DAVID Feig/ & GEORGIUS Schimpfermann/ Nostrates, nec-non GOTTHART STARKIUS, Lengenfeldensis, coelesti PUSIONI PAEANES & Latinâ, & nostrâ lingvâ canentes. Tandem DANIEL ARNOLD, Leisnicensis Misnicus, beneficia à JESULO recens-natô ad nos redundantia breviter enarrabit, & quòd personam est praestiturus EPILOGI, Auditoribus pro benevolâ auscultatione decenteis habebit gratias. Ut igitur ILLISTRIS ac GENEROSISSIMUS DOMINUS, DN. FRIDERICUS METZSCH, Reichenbachii & Frisenae Toparcha splendidissimus, Rationumq; Saxo-Electoralium Circuli Variscorum Director laudatissimus, Musægeta noster optimus, cum Generoso Filiô suô, DN. ADAMO FRIDERICO, Musarum politiorum Corculô svavissimô, caeteriq; VIRI honoratissimi tamen è coetu Ecclesiastico, quam Politico atq; Senatorio, Panegyri huic Scholasticae, ob inevitabilia impedimenta tamdiu dilatae,

inter-

intersint, honorificentissimâq; præsentia suâ conatum nostrum probantes
 alios Commilitonum ad singularem industriam, similiaq; exercitia studiose
 colenda excitent & provocent, officiosissime atque per amanter rogo, additô
 ter sancto hœc promislô, me anxiè eò elaboraturum esse, ut mentem meam
 gratissimam, qvotqvot comparebunt, qvotidiè intelligant. P. P. Reichen-
 bachii Conversionis Pauli die A. M. DC. LXXXII.



00 A 6#06




Sa

Retro V

VDR







4

JINCULA
. XXI, 6. & XXII, 13.
q̄ Ω. vocatur,

MATORIUM,
E CHRISTI
TATI
p,
irca horam VIII.
am
ICHENBACENSIS
habendum,
singulos,
nostrae, curae sunt,
vitat
S HEKELIUS,
OR.

EAE
EBELIUM,